

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Justitia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

## FATUITAS. CAP. X.

**A** Apud Plautum in Bacchidibus, fungus fatuitatis, & stupidæ admodum credulitatis hieroglyphi-  
cum est:

*Ad eon' me fuisse fungum, ut illi crederem?*

Quod quidem significatum Nicobulus eadem fabula manifestius declarat, dum se omnes quicumque ubiubi sunt, qui fuere quiq; futuri sunt posthac stulti, stolidi, fatui, fundi, bardi, buccones, ble-  
ni, anteire longè stultis & indoctis moribus proficitur. Et prius de re nibili Chrysalus:

*Tant' est, quant' est fungus putridus.*

## DE CUCURBITA. CAP. XI.

**C**ucurbitam apud Ægyptios non inveni in suas literas receptam, apud alienos tamen in hoc genere  
minime præteritam.

## SPES IN ANES. CAP. XII.

**N**Am apud Onirocritas cucurbita spes inanes præfigit: ut pote quæ cum ventricosam admodum *Et gravia*  
*speciem præseferat, multumq; idem tamen nutriti polliceri videtur, illud tamen & tenuerat, in latum de-*  
*& nisi condimento aliquo juvetur, gregari fatuum est.* *missa cucur-*  
*bita ven-*  
*trem.*

## SALUBRITAS. CAP. XIII.

**N**Equi tamen cucurbitæ fautores desunt, ut qui pro salubritate ponam contendunt, anfa, ut *Artem. l. 1.*  
puto, capta ex proverbio, *εολεξιδης ογκιστης*, quod ex Epicharmo sumptum memorat Atheneus, libro 3.

## DE PAPAVE RE. CAP. XIV.

**P**Apaver nonnulli inter se getes enumerant, propterea quod Maro id Cereale dixerit: quasi non & *Georg. l. 1.*  
oleræ, & edulæ omnia è terra nacentia, Cereris esse munera cognoscunt. Ab hac igitur parte signifi-  
cata ejus exordiemur.

## CERES. CAP. XV.

**P**Apaver quidem Cererem, atque adeo terram omnem humano commercio habitatam hie-  
roglyphico suo referebat, neque quidem hoc una tantum de causator bicularis enim figura ejus per-  
inde ac terræ, protuberat undecunque, convallibus quibusdam veluti subständibus, montium  
quodammodo jugorumq; specie locorumq; reductorum effigie: interiora deniq; folliculis qui-  
busdam distincta gerit, veluti etiam nationes hominum & fluvii, & montibus, & urbibus disper-  
ditur. Iunumera præter hæc includit senina, est & hoc terra benignæ proprium. Neq; quidem hoc ci-  
bū, nisi concutiat, & obtundatur, & ventiletur, emittitur: neq; terra, nisi exaretur, farriatur verta-  
tur, obteratur, multisq; modis excutatur agiteturq; , quicquam proficit.

## IUSTITIA. CAP. XVI.

**P**ropter vero receptacula æquis inter se intervallis disgregata justitiam, ac legum lationem, quæ *Vel quia a-*  
Cereri attribuuntur in primis, hieroglyphicè commonstrat: eaque de causa Dei ipsa & legis terra, & *grypniam*  
justitia autem appellata est: *sive*, ut arbitrantur quidam, propterea quod semina penes se deposita *ob fine ma-*  
magno cum favore reddere conveverit. Sanc Virgilii & his, quæ superius dicta sunt, considerantur, *legitiam con-*  
*stitutam papa-*  
*vera*, non immixto *Cereale papaver* appellavit. Sunt quin nihil, quod ad eruditioñem faciat, *"in-pa verus"*  
*velutigantes, Cereale papaver à Poëta dictum autument, quod Cererem in Proserpina filia con-*  
*lit."*

quirenda cibos sibi ex papavere consecuisse tradant, quasi per somnum ea fuerit investiganda; quia A  
mira sunt nūgæ.

## VENUS. CAP. XVII.

*Veneris fia* **A** pud Sicyonios Venus, ut author est Pausanias, cum papavere in altera ex manibus contem-  
tua. figurabatur, quod dubio procul ad feminii copiam referendum est. Nam quantum ad antem  
pertinet, in altera in manu malum habebatur, quo de commentario suo dictum. Erat vero ejus Desha-  
tua auro eboreq; fabrefacta, in summo cuius vertice poculum insidebat, quod hieroglyphicum es-  
spectat, quod Maritum Græci, vel dicere velimus Amatorem, potionis nomine nuncupabant: non  
enim utriusq; nomen, & nō Platoni amor.

## AMOR. CAP. XVIII.

*Sortilegi-  
um amoris* **N**imirum autem papaver florens amoris indicium habetur apud sortilegos, cuius quidem foli-  
tes, ex crepitu conciunt quod querrebant. Explorant enim, an amantes redamintur; nam quo clau-  
mosius infonuerit, eo se magis amari putant: quod si sonus oblanguerit, contemptus habitos arbi-  
trantur: cuius reitum et loco meminit Theocritus:

περὶ τὸ τηλέφανον ποτὶ μαζάνιστρον πλατάνην,  
αὐτὸν ἀντίκαλαρόν ποτὶ καζζι τζαμαράνην.

quod uno dici potest verlu:

Nec supercuso crepūre papavera pugno.

**H**umani vero generis hieroglyphicum præse ferre videtur, non ex istantum que superius de-  
granorum dissepimentis dicta sunt, sed eo etiam constat, quod compitalibus, qui in compi-  
tis Laræ, sive Larundæ, vel Maniæ Larum mati siebant, humana capita sacrificabantur. Sed Junius  
Brutus Consul sacrificii genus abominabile & abhorrendum, suppositis puerorum loco alli popu-  
verisq; capitibus, celebrandum instituit.

## CAPITA. CAP. XX.

*Capita pa-  
paverum  
distrahere.* **E**st enim illud haud obscurum papaveris significatum, ut omnino capitis hieroglyphicum hibe-  
tur, adeo nullus olerum fatus insigniore capitis honore conspicuus est: forte vastior fructus ca-  
naræ, sed aut spinarum, aut integumentorum, quibus confertim circumvalatur, alperata corona-  
tor, cum papaveris & labore delicatus, & Regia corona redimitus, in festam quandam prese-  
rat. Jam & apud interpretes Theocriti παπαν λίγαται ο καθαλλο. Sed mihi videtur locus poematis hi-  
storia desumptus, ubi Tarquinius cognomento Superbus, per hortum inambulans, nubile responso  
*Plin lib. 19* dato ei nuncio quem Sextus ejus filius, quid sibi agendum in Gabios effe sciscitatum miserat, tan-  
*cap. 8 lib. 1* tum baculo eminentiora papaverum capita decuriebat. Ex quo Sextus intellectu precors pepul-  
paulatum summovendos. Sed hoc vetus fuit Corinthiorum exemplum, à quibus oriundi Tarquinii.  
Siquidem ferunt Periandrum, qui Corinthi tyrannidem exercuit, cum persidum puncum Thrys-  
bulum Milesium consuluisse, quamam arte quave vi sibi principatum stabilire posset, nullum ab eo  
responsum accepisse: evidisse enim se tantum nuncius memorabat, eum in campum trices leges  
ingressum, eminentiores spicas baculo decussisse, atq; ita Periandrum in stratum, capillis civitas  
et de exilio sublati, tyrannidem occupasse.

## DE VERBENA. CAP. XXI.

**C**apitis quod in papavere, est significatum, verbena reminisci facit, in qua de capite idem illud  
non incuriola & nunc est, & olim fuit investigatio.

CAPITA